



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacros. Concilii Tridentini Canones Et Decreta

Gallemart, Jean

Coloniæ Agrippinæ, 1621

Extensio ad alias nationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39157

hac viue derogat. Quod si sancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel suis, cuiuscumque conditionis, vel status, aut preeminentie existens, prescripta affectationis & salui conductus formam & modum in quocumque pacto vel clausula violauerit; quod tamen auertere dignetur Omnipotens; & sufficiens emenda non fuerit mox subsequenda, & ipsorum arbitrio merito approbanda & laudanda: habeant ipsam Synodum, & habere potuerunt, incidisse in omnes pœnas, quas iure diuino & humano, aut consuetudine, huiusmodi saluorum conductuum violatores incurrere possunt, absque omni excusatione, aut quauis in hac parte contradictione.

Extensio ad alias nationes.

Eadem sacrosancta Synodus in Spiritu Sancto legitime congregata, presidentibus in ea eisdem Apostolica Sedis de latere Legatis, omnibus, & singulis aliis, qui nobiscum in iis, quæ sunt fidei, communionem non habent, ex quibuscumque regnis, nationibus, prouinciis, ciuitatibus, ac locis, in quibus publice, & impune predicatur, vel docetur, siue creditur contrarium eius, quod sancta Romana sentit Ecclesia, dat fidem publicam siue saluum conductum sub eadem forma, & eisdem verbis, quibus datur Germanis.

SESSIO XIX.

QUÆ EST TERTIA

SVB PIO IV. PONTIF. MAXIM.
CELEBRATA DIE. XIV. MAII,
M. D. LXII.

Decretum prorogationis Sessionis.

SACROSANCTA OEcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu Sancto legitime congregata, presidentibus in ea eisdem Apostolica Sedis Legatis, decreta ea, quæ hodie in præsentì Sessione statuenda ac facienda erant, iustis nonnullis
ac ho-

ncilii Tridentini
declaratio
near in b...
1562.